Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



130 122

tube alleluia Set. Sumpsimus domine munera que pro
filii tui gloriosa ascensione deferimus et concede pro
tuis ut a presentibus periculis liberemur et ad uitam
perueniamus eternam. Per. Postcommunio
nem ad populum. Communicantes et diem sacratis
simum celebrantes quo dominus noster unigenitus fili
us tuus unitam sibi fragilitatis nostre substantiam
in glorie tue dextera collocauit. Per eundem dominum
Ascensionem domini qui ascendit super celos celorum ad orientem alleluia
Oratio. Concede nobis quesumus omnipotens deus ut qui uisibilibus
mysteriis sublimandi credimus per hanc uisibilem consequamur
effectum. Per. Feria sexta. Lectio actuum apostolorum
In diebus illis. Multitudinis credentium erat
cor unum et anima una. Nec quisquam eorum quo
possidebat aliquid suum esse dicebat. Sed erat
illis omnia communia. Et virtute magna reddebat
apostoli testimonium resurrectionis domini nostri iesu xpi. et gra
tia magna erat in omnibus illis. Neque enim quisquam
egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant uendentes of
ferebant pretia eorum que uendebant et ponebat
ante pedes apostolorum. Diuidebatur autem singulis pro
ut cuique opus erat. Secundum Lucam. Ze
In illo tempore. Dixit duos ihesus discipulis suis
Ego mittam ecce ego mittam uos sicut oues in medio lupo
rum. Nolite ergo portare sacculum neque peram neque calceamenta
et neminem per uiam salutauerit. Et dixit autem eis. Quoniam
in quamcumque domum intraueritis primum dicite pax huic domui
et si fuerit ibi filius pacis requiescet super eum pax uestra
si autem non. Reuertetur ad uos. In eadem autem domo manete
manducantes et bibentes quecumque a illis. Dignus enim est operario
mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et quecumque
ciuitatem intraueritis et susceperint uos manducate quecumque
apponunt uobis. Et infirmos qui in illa sunt